

ausgeprägt. Schloss aus einem Hauptzahne und einer Lamelle in der rechten, zwei Hauptzähnen und zwei Lamellen in der linken Klappe bestehend. Hauptzahn der rechten Klappe drei- oder viereckig, fest, niedrig, oben gefurcht. Vorderer Hauptzahn der linken Klappe klein, lamellenartig, senkrecht stehend, hinterer stumpf, dreieckig, auf das Intervall übergreifend. Lamellen kurz, stark, gerade, unter der rechten Klappe eine starke Auxiliarlamelle. Intervall lang, breit, glatt, ansteigend. Vorderer Retraktoreindruck mit dem des vorderen Adduktors verschmolzen. 9—11 Wirbelhaftmuskeleindrücke von der Innenseite der Schlossstütze bis unter das Intervall reichend.

---

### Neue vorderasiatische Unionen.

Von  
Dr. W. Kobelt.

---

*Unio (Rhombunio?) halepensis.* Icon II. 2709, 10.

C. ovato-circularis, parum inflata, valde inaequilatera, antice compresso-rotundata postice elongata, rotundato-truncata, irregulariter concentrica striata, oras versus costata, viridi-fusca, castaneo varie annulata, saturatius viridi radiata, radiis antice angustis, postice 3—4 latioribus. Pars antica brevis, margo anterior compresso-rotundatus, cum dorsali arcuato, vix ascidente, ante umbonus brevissimo angulum formans, basalis regulariter arcuatus, cum postico arcuatim descendente rostrum latum subbasale vix formans. Umbones magni, inflati, haud antrorsum inflexi, integri, apicibus haud attingentibus, plicis regularibus sat distantibus subinterruptis sculptis. Areola distincta haud intrans, medio vix compressa, antice hians; area lata distincta, elevata; ligam. elongatulum, crassum, sinu brevi. — Cardo crassus, ei *U. simonidis* similis, dente valvae dextrae crasso, truncato-conico, ruditer bi-vel

tricuspidato, sulco profundo intervallum secante a margine denticulum auxiliareni exhibente discretus; dentes valvulae sinistrae percrassi sed divergentes, fovea profunda divisi, anterior minor; intervallum latum sed breve, in valv. dextra sulco interruptum; lamellae leviter arcuatae, cum intervallo angulum formantes, lamella valv. dextrae crassa, elevata, acie subtilissime crenulata. Margarita rosacea vel lutescens; impressiones musculares distincte triples, secunda profunde in callum subcardinalem intrans; callus marginalis mediocris. impressio pallealis distincta. — L. 54, alt. 34, crass 23 mm.

Kuweik bei Aleppo.

*Unio (Rh.) halepensis cazioti.* Icon. II, 2711.

Diffrt a typo t. minore, vividius colorata, valvula sinistra subtridentata. L. 40, alt. 31, crass 19 mm.

Aintab, wahrscheinlich aus dem Oberlauf des Kuweik.

*Unio beroeus* n sp. — Icon. II, 2722.

Concha irregulariter ovata, valde inaequilatera, postice parum attenuata, ultrinque rotundata, modice inflata, crassa, solida, ruditer costato-sulcata, postice lamellata, viridi-fusca, castaneo annulata, umbones versus pallidior. Margo anterior compresso-rotundatus, cum dorsali ante umbones declivi, postice descendente angulum distinctum formans, ventralis horizontalis vel levissime impressus cum postico arcuatim descendente rostrum basale rotundatum formans Umbones pone  $\frac{1}{4}$  longitudinis siti, tumidi, incurvi, apicibus acutis, contiguis, supra medium leviter depresso et rugis acute flexuosis confertis sculpti; ligamentum mediocre; areola angusta; area cristis distinctis ex umbonibus decurrentibus definita et sculpta. — Cardo ut videtur ei *U. graeteri* similis; dentes valvulae sinistrale (unicae extantis) elongati, subacquales, compressi, fovea augusta, fissuram simulante discreti, margine crenati, posterior peculiariter flexus, anticus

strictus, verticaliter in impressionen anticam abiens. Intervallum vix conspicuum, cum lamellis strictis angulum formans. Latus internum margarita rosaceo-lutescente indutum, callus marginalis parum incrassatus, linea pallealis distinfa. Long. 54, alt. (ad umbones) 33, crass. cca. 23 mm.  
Kuweik bei Aleppo.

*Unio (Rh.) babensis*. — Icon. II. 2713.

C. subirregulariter elongato-ovata, valde inaequilatera, solida, crassa, sat tumida, nigro-fusea, ruditer irregulariter costato-sulcata, versus oras plus minusve lamellosa, margo anterior compresso-rotundatus, dorsalis ante umbones nullus, pone umbones horizontalis, quam in *U. simonis* longior, ventralis ei fere parallelus vel postice levissime impressus, dein abrupte ascendens et cum postico biangulato rostrum haud attenuatum formans. Umbones magni, tumidi, sed parum prominentes, apicibus detritis, vestigia rugarum tantum exhibentibus; areola parum distincta, compressa; area perdistincta cristis umbonalibus decurrentibus definita, compressa, lamellose sculpta; ligam. elongatum, sat gracile, semiobtectum, sinu mediocri, dein hians. — Cardo ei *U. simonis* similis; dens valv. dextrae sulco profundo antice parum dilatato, postice foveam latam per profundam formante a margine discretus et ab eo divergens, quadrangularis, supra compressus et valde crenatus; dentes valv. sinistrai conici, subaequales fovea profunda triangulari laterali discreti, posticus tricuspidatus; intervallum breve, oblique costatum, cum lamellis leviter curvatis angulum distinctum formans. — Marg. lutescenti-rosacea; callus marginalis fere totum marginem occupans, sulcus pallealis distinctus. — L. 60, alt. 40, crass. 28 mm.

Oase Bab zwischen Aleppo und Membidsch.

*Unio graeteri* n. — Icon. II. 2714.

C. fere regulariter elongato-ovata, antice leviter tantum attenuata, valde inaequilatera, parum inflata, crassa, solida,

ruditer costato-sulcata, postice lamellosa, versus marginem ventralem late costata, fusco-virescens, apices versus lutescenti-viridis. Margo anterior compresso-rotundatus, dorsalis et ventralis fere paralleli, posticus rotundatus, haud truncatus. Umbones valde anteriores ad  $\frac{1}{4}$  long. siti, parum prominentes, depresso-apicibus parvis detritis, vestigia sculpturae plicato-tuberculatae ruditus sed parum prominentis mostrantibus. ligam. elongatum, gracile, semiobtectum; sinus brevis; area ovata parum distincta, leviter compressa, hians: areola parva, parum hians, haud compressa. — Cardo valde anterior, dens valv. dextrae divergens, a margine vix disretus, elongatus, altus, acie subcrenatus, antice fovea longa extus dentem auxiliarem sat magnum exhibente, postice incisura parva marginatus; dentes valv. sinistrai 2 elongato-conici, subparallelis, a margine divergentes, fovea profunda sed angusta discreti, anterior major, verticaliter in impressionem profundam abiens; intervallum in valv. dextra horizontaliter suhdentalim productum, in sinistra breve, cum lamellis strictis parum crassis angulum vix formans. Latus internum margarita rosacea indutum; callus marginalis distinctus, sulcus pallealis profundus. — Long. 56, alt 35, crass. 24 mm.

Oase Bab bei Aleppo.

*Unio (Rhombunio) abrus* (Bourg. mss.) — Ic. II. 2696.

C. parva, irregulariter trigono-rhombea, valde inaequilateralis, sat solida, ruditer striatula, antice compressa, postice dilatata, nigro-fusca unicolor, umbones versus detrita. Margo anterior compressus, dorsalis ante umbones vix conspicuus, pone umbones leviter arcuatus, brevis, posterior longe arcuatim descendens, cum basali postice vix ascendentē rostrum brevissimum basale formans. Umbones valde anteriores, in parte ascendente marginis dorsalis siti, antrorsi, apicibus acutis, detritis sed vestigia sculpturae distinctioris exhibentibus;

ligam. breve sed forte, postice dilatum, castaneum; sinu brevi; area cristis distincte marginata, compressa, hians, limo adhaerente induta; areola parva, distincta, intrans. Dens valv. dextrae acutus, conicus, acie crenatus; divergens; dentes valv. sinistrali obliqua discreti, posticus major acie crenatus, intervallum distinctum, medio latius, cum lamellis brevibus leviter arcuatis angulum perdistinctum formans; impressio muscularis antica prima distincta, 2 et 3 obsoletae, posticae vix conspicuae; margarita lilacea, umbones versus lutescens; callus marginalis et linea pallealis vix conspicui. — L. 40, alt 27, crass 16 mm.

Nahr el Audsche bei Jaffa.

*Unio blanchianus* (*Letourneux*) Bourguignat mss.

Icon. II, 2719, 2720.

Concha minor, irregulariter ovata, postice late truncata, solida, sat crassa, ruditer sulcata, castaneofusca annulis subnigris, postice limo tenui adhaerente induta, valde inaequilatera, antice compressa, postice latior. Margo anticus depresso-rotundatus, cum dorsali valde ascendentem angulum distinctum formans, ventralis horizontalis vel levissime arcuatus, posticus abrupte descendens fere plus minusve angulato-truncatus. Umbones (detriti) vix prominuli, apicibus acutis, depressis, haud contiguis; ligamentum elongatum, gracile; sinus brevis; area compressa, utrinque bicristata, postice late hians; areola distincta, antice compressa, sinulo rhombico, ligamentum internum distincte monstrans. — Cardo valde anterior; dens valvulae dextrae breviter conicus, crassus, sulcis 2 profundis tricuspidatus, sulco a margine parum divergente extus incrassato a margine, fovea profunda ab intervallo subdenticulato diviso; dentes valvulae sinistrali fovea profunda in fundo denticulata discreti,

posticus multo major, conicus, acie valde crenatus, anticus multo minor, compressus, angustus; intervallum parum distinctum, irregulare, cum lamellis strictis elevatis angulum formans. Impressiones musculares anticae et posticae profundaes, anticae 1 et 2 haud separatae; Margarita rosacea, antice incrassata, subtilissime granulosa; callus marginalis parum incrassatus; impressio pallealis distincta.

Long. 45, alt. ad umbones 25, ad angulum post. 29, crass. 21 mm. Long. 41, alt. ad umbones 27, ad angulum post. 28, crass. 20 mm.

*Unio blanchianus* (Letourneux in litt., Bourguignat in coll.).

Nahr el Audsche bei Jaffa.

*Unio deschampsii* n. sp. Icon. II, 2721.

Concha ovato-rotundata, antice rotundata, postice fere verticaliter truncata, valde inaequilatera, parum inflata, solidula sed haud crassa, irregulariter sulcato-striata, sordide viridi-fusca, obsoleto nigro cingulata, postice obsoletissime radiata. Margo anticus depresso rotundatus, cum dorsali primum depresso, dein inter umbones subito ascendentem, demum horizontali angulum acutum formans, ventralis regulariter arenatus, posticus fere verticaliter truncato-rotundatus. Umbones tumidi, prominentes, ad  $\frac{1}{3}$  longitudinis siti, ruditer concentrice sculpti, rugis angulatis, apicibus acutis, antrorum incurvatis, haud contiguis. Ligamentum sat longum, sinu brevi; area compressa, cristis elevatis vix definita, postice hians; areola distincta, compressa, inter umbones intrans, sinulo distineto, ligamentum internum monstrante. Dens valvulae dextrae divergens, compressus, acie crenatus, sulco angusto a margine discretus; dentes valvulae sinistrae compressi, subaequales, fossa interna vix discreti; intervallum brevissimum; lamellae sat longae, compressae, cum cardine angulum formantes. Impressiones

musculares anticae 1 et 2 confluentes, postice vix impressae Margarita albida, in fundo salmonacea, antice incrassata; callus marginalis  $\frac{2}{3}$  marginis occupans, linea pallealis distincta. Long. 48, alt. 33, cass. 19 mm.

Nahr el Audsche bei Jaffa.

*Unio raymondopsis Bourguignat* mss. Icon. II, 2724.

Concha elongato ovata, valde inaequilatera, postice elongata, modice inflata, solida sed parum crassa, laeviuscula, postice subtiliter lamellosa, luteo-virescens, oras versus fuscescens, vestigiis incrementi parum distinctis. Margo anticus rotundato-compressus, cum dorsali leviter arcuato angulum parum prominulum formans, basalis parum arcuatus vel medio subretusus, cum postice descendente rostrum oblique truncatum formans. Umbones parum ante  $\frac{1}{3}$  longitudinis siti, vix prominuli, (detriti), apicibus depresso-acutis, vestigia singula tuberculorum mostrantes, rugis nullis; ligamentum elongatum, gracile, sinu brevi; area declivis, medio vix compressa, cristis ex umbonibus decurrentibus parum distinctis, postice lians; areola parum distincta, antice compressa, sinulo subnullo. — Dens valvulae dextrae vix divergens, elongatus, compressus, sulco angusto extus subincrassato a margine discretus; dentes valvulae sinistrae subaequales, conici, parum elevati, fovea profunda laterali discreti; intervallum longum, angustum, cum lamellis elongatis strictiusculis angulum vix formans; impressiones anteriores profundae, 1 et 2 separatae. Margarita albido rosacea; callus marginalis elongatus sed parum crassus; linea pallealis parum impressa. Long. 65, alt. 35, crass. 23 mm.

Nahr el Audsche bei Jaffa.

---

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Nachrichtsblatt der Deutschen  
Malakozoologischen Gesellschaft](#)

Jahr/Year: 1913

Band/Volume: [45](#)

Autor(en)/Author(s): Kobelt Wilhelm

Artikel/Article: [Neue vorderasiatische Unionen. 38-44](#)